

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1225 - 1226

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

Sept. 29

hardo] cellerario et quibusdam fratribus suis, J. decano Honaugiense, C. cantore cum aliis fratribus, D[ieterico] Stehelino, C[onrado] Virnecorn magistris hospitalis, Arnaldo, Burchardo et Úlrico confratribus ejusdem loci, ad hunc finem pervenit contentio: quod ego *Warnherus* marschalcus Argentinensis honorum virorum aquiescens consilio pro remedio anime mee, patris et matris ceterorumque predeces-
 sorum meorum jam dictum molendinum prefato contuli hospitali sub hac forma, quod annuatim in festo sancti Michaelis fratres hospitalis dabunt de archa sua 17 quartalia canonicis Honaugiensibus, preter ista unum quartale sacerdoti, qui primam in majori ecclesia celebrat missam, unum quartale fraternitati spiritus sancti et unum leprosis hiemalis annone, non obstante privilegio Cānradi regis, quod habet hospitale, in quo fit mentio de loco Ohterswert¹. si vero, quod absit, memoratum hospitale in statuto termino, premissa monitione, jam dictam annonam persolvere neglexerit, sequenti die post festum sancti Michaelis auctoritate domini episcopi sciat se esse suspensum a divinis, donec prefata pensio integraliter, sicut ordinatum est, persolvatur. si etiam per guerram vel incendium vel quocumque alio modo sepe dictum molendinum destructum vel alienatum fuerit, nichilominus predicta pensio predictis locis persolvetur. ut autem factum istud ratum et inconvulsum permaneat, sygillis domini episcopi et capituli majoris ecclesie et *Friderici* abbatis de Marcbach et Honaugensis ecclesie, civitatis et meo et Egelolfi de Mundingin presentem paginam fecimus communiri. *hujus rei testes sunt Waraherus Begere, Albertus, qui vocatur albus Begere, Fridericus Dispensator, Burchardus scultetus de Ehenheim, Erbelinus, Heinricus Velkelinus, Warnherus frater suus, Fridericus de Hagenowe. acta sunt hec anno incarnationis dominice 1225.*

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 4213 or. mb. c. 4 sig. pend. Abgefallen die Siegel von Honau und Egelolf v. Mundingen.

H coll. Straßb. Hosp. A. docum. inut. lad. 45 liasse 9 nr. 5160 *Vidim. mb. ausgestellt vom judex curie Argentin. 1370 September 6* (feria 6 proxima post diem b. Egidii ac ante festum nativitatis s. virginis Marie).

200. *In einer Urkunde des Herzogs Matthæus II von Lothringen, ein Lehen des Straßburger Bisthums betreffend, unter den Zeugen: Hanrico et Lodoyco de Listenberg, Orlrico scholastico Argentinensi et Borcardo vicedomino Argentinensi. actum apud sanctum Blasium anno domini 1226, mense augusti. 1226 August St. Blaise².*

Aus Grandidier Oeuv. inéd. III, 301 nr. 289 nach dem lib. sal. 1347.

201. *In einer Urkunde Bischof Bertholds von Straßburg, in der er den Grafen Simon von Leiningen und Dagsburg mit der Burg Girbaden belehnt, als Zeugen: B[ertholdo] decano, W[lrico] scolastico et Ar[noldo] de Bürgeln canonicis majoris ecclesie in Argentina, H[einrico] comite de Werde et O[ttone] de Ohsenstein, B[ur-*

¹ Cfr. nr. 94.

² Die gleichen Zeugen und dieselbe Datirung zeigt die bezügliche Belehnungsurkunde Bischof Bertholds von Straßburg, cfr. Schöpflin *Als. dipl. I, 357 nr. 443.*